

cabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Eodē  
 scheme utitur Isaias c. 63. redigens  
 Deo in memoriam pristinas gratias &  
 hoc artificio misericordiæ illius the-  
 sauro aperiens : *Ubi est qui eduxit eos de*  
*mari cum pastoribus gregis sui? ubi est qui*  
*posuit in medio ejus Spiritū sancti sui? Qui*  
*eduxit ad dexterā Moysē brachio majesta-*  
*tis suæ: qui scidit aquas ante eos, ut faceret*  
*sibi nomen sempiternū. Qui eduxit eos per*  
*abyssos, quasi equum in deserto non impin-*  
*gentem. Quasi animal in campo descendens*  
*Spiritus Dei ductor ejus fuit: sic adduxisti*  
*populū tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.*  
*Attende de cœlo & vide de habitaculo sancto*  
*tuo & solio gloriæ tuæ: ubi est zelus tuus &*  
*fortitudo tua, multitudo viscerū tuorum,*  
*& miserationum tuarum? super me conti-*  
*nuerunt se. Tu enim Pater noster, & Abra-*  
*ham nescivit nos, & Israël ignoravit nos: tio*  
*Domine Pater noster, Redemptor noster, à*  
*seculo nomen tuum. Quæ Prophetæ ora-*  
*tio his adminiculis nititur. 1. Qvia gra-*  
*tia tua sempiterna est, ideo mihi quo-*  
*que nō denegabitur. 2. Fateor me pec-*  
*catorem esse, at juxta memini te gra-*  
*tia complexum peccatores qui ante*  
*hac egerunt pœnitentiam; Psal. 25. De-*  
*lictajubentutis meæ ne memineris. 3. Quia*